

C O R P O R I S
I V R I S C I V I L I S
T O M V S S E C V N D V S,

Quo continentur

D. IUSTINIANI CODICIS, libri XII.

AUTHENTICÆ SEV NOVELLÆ CONSTITVTIO-
NES CLXVIII.

EDICTA XIII.

E T

CONSTITVTIONES ALIQVOT ejusdem Imperatoris, nec
non Iustini & Tiberii ex libro Iuliani antecessoris.

LEONIS Imperatoris NOVELLÆ CXIII.

CONSTITVTIONES IMPERATORIÆ juris Orientalis.

CANONES APOSTOLORVM.

CONSVETVDINES FEVDORVM.

CONSVETVDINES Friderici II.

EXTRAVAGANTES.

DE PACE CONSTANTIÆ liber.



A M S T E L A D A M I,

Ex Typographia P. & I. B L A E V,

Prostant apud WAESBERGIOS, BOOM, à SOMEREN,
& GOETHALS.

M D C C.

AMSTELÆDAMI,

Typis P. & I. BLAEV.

MDCC.



D. IUSTINIANI,
SACRATISSIMI PRINCIPIS,
CODICIS,
Repetitæ Prælectionis,
LIBRI DVODECIM
CONSTITUTIONES III.

I. De novo Codice faciendo.

*Imperator JUSTINIANUS Augustus ad
Senatum urbis Constantinopolitane.*



*H*æc que necessario corrigenda esse multis retro Principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est: in presenti rebus donare communibus auxiliis Dei omnipotentis consilium & prolixitatem li-

tium amputare, multitudine quidem Constitutionum quæ tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, atque Theodosiano, continebantur, illarum etiam quæ post eosdem Codices à Theodosio divina recordationis, aliisque post eum retro principibus & à nostra etiam Clementia positæ sunt, rescenda: uno autem Codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium Codicum, quam novellarum post eos positas Constitutiones oportet. §. 1. Ideoque ad hoc maximum, & ad ipsius reipublice sustentationem respiciens opus efficiendum, elegimus tanto fastigio laborum, tantæque sollicitudini sufficienti Joannem virum excellentissimum ex quaestore nostri palatii, consularem atque patricium: Phocam virum eminentissimum, magistrum militum, consularem atque patricium: Basilidem virum excellentissimum ex præfecto prætorio Orientis, atque patricium: Thomam virum gloriosissimum quaestorem sacri nostri palatii, & ex consule: Tribonianum virum magnificum, magistris dignitate inter agentes decoratum: Constantinum virum illustrem, comitem sacrorum largitionum inter agentes, & magistrum scrini libellorum, sacrarumque cognitionum: Theophilum virum clarissimum, comitem sacri nostri consistorii & ju-

ris in hac alma urbe doctorem: Dioscorum & Præsentinum, discretissimos togatos sacri amplissimi prætoriani. §. 2. Quibus specialiter præsumimus (rescatis tam supervacuis quantum ad legem soliditatem pertinet, præfationibus, quam similibus, & contrariis, præterquam si juris alia divisione adjuventur: illis etiam quæ in defectu abierunt) certas & breviter sermone conscriptas ex iisdem tribus Codicibus & novellis Constitutionibus leges componere, & congruis titulis subderet adjicientes quidem de detrahentes. Imo & mutantes verba earum ubi hoc commoditas exigeret: colligentes vero in unam sanctionem, quæ variis Constitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorem efficiens: ita tamen ut ordo temporum earum Constitutionum non solum adjectis diebus constitutisque, sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat: primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis: & si quæ eorum sine die & consilio tribus veteribus Codicibus, vel in quibus novellis Constitutiones receptæ sunt, inveniantur: ita his ponendis, nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda: sicut & illas vim generalis Constitutionis obtinere palam est, quæ ad certas personas rescriptæ, vel per pragmaticam sanctionem ab initio datæ, eidem novo Codici propter utilitatem sanctionis insertæ fuerunt. §. 3. Hæc igitur ad vestram notitiam ferre properavimus, ut sciatis quanta nos diuturna, super rerum communi utilitate, cura sollicitet, studentes exacte & indubitatas, & in unum Codicem collectas esse de cætero, Constitutiones: ut ex eo tantummodo sub felici nostro nomine nuncupando Codice, recitata Constitutionum in omnibus ad citationes licitum decisiones fiat iudicia. Datum Idibus Februarii. CP. DN. IUSTINIANO PP. A. 1. 608. Anno Christi 528.

II. De Iustiniano Codice confirmando.

Imp. JUSTINIANUS pius, felix, inclinat, victor ac triumphator, semper Augustus, Armenie præfecto prætorio, expressisse hujus almae urbis CP. ac patris.

Summa reipublice cultis de stirpe duarum rerum, armorum scilicet, atque legum, veniens, vimque suam exinde munens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationi-

bus, omnibusque gentibus dominari tam præteritis efficit temporibus, quam Deo propicio in æternam efficit. istorum utrum alterum altioris auxilio semper eguit: & tam militaris res legibus in toto collocata est, quam ipse leges armorum præsidio servatae sunt. Merito igitur ad primam communium rerum sustentationem, nostram levitiam & mentem laborumque nostrorum